



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 9011888X**

§. 33. Scriptorum Acatholicorum obitus & opera.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](#)

Sæc. XVII. lum aureum vitæ moralis, seu Tobiam A. C. 1641. & Alethologiam seu Veritatis explicationem. VIII. Antonius Hiquæus patria Hibernus, qui vindicias Franciscanas contra Abrahamum Bzovium, & tria volumina in quatuor libros sententiatarum evulgavit. IX. Jacobus Gordon Jesuita, scripsit Biblia Sacra cum commentariis, opus chronologicum ab orbe condito usque ad sua tempora, Diatribam de Catholica veritate, necnon tractatum de rebus Britanniæ & Caroli I. nuptiis. X. Lucas de Soria Hispalensis Canonicus elucubravit tractatus de Passione Christi, & de separatione sœminarum a Viris in Templis: libros quoque Bellarmini de arte bene moriendi Hispanice reddidit.

### §. XXXIII.

#### *Scriptorum Acatholicorum obitus & opera.*

*Freher.*  
*Theatr. e-  
rud. part. I.  
sect. 3.*  
*Weisman*  
*Introd. in  
enem. Eccl.*

**E**x Scriptoribus Acatholicis non pauci hoc anno extremum diem obiere, nonnullos tamen ex illis feligimus. I. Obiit die nona Julii annos natus octoginta novem Joannes Thornborough natione Anglus, qui tractatum de Eucharistia Sacramento, & de Testamento Christi Domini, necnon de Unitate & pace Ecclesiæ præter Historiam unio-

nis Angliæ & Scotiæ sub adventum Sæc. XVII.  
 Jacobi I. Regis edidit. II. Nicolaus A.C. 1641.  
 Petrus scripsit octodecim disputatio-  
 nes Theologicas, & tractatum contra  
 Machiavellum Principem. III. Robert-  
 tus Burhill edidit librum de potestate  
 Regia & usurpatione Papali pro tor-  
 tura Torti contra Paralellum Andreæ  
 Eudæmon, alium quoque librum pro  
 tortura Torti contra Becanum, item  
 assertionem pro Jure Regio contra eun-  
 dem &c. IV. Franciscus Gomarus Ca-  
 put Supralapsariorum in Belgio, nec-  
 non implacabilis præcipue Arminii &  
 Remonstrantium hostis: scripsit specu-  
 lum veræ Ecclesiæ contra Costerum,  
 conciliationem orthodoxæ doctrinæ de  
 Providentia Dei, examen controver-  
 siarum de genealogia Christi, investi-  
 gationem de origine Sabbati & diei  
 Dominicæ, præter commentaria in no-  
 vum Testamentum. V. Joachimus  
 Willius edidit S. Pauli & Jacobi Sym-  
 phoniam, in qua hæc S. Jacobi verba  
 ex cap. 2. v. 24. *ex operibus justificatur*  
*homo, non ex fide TANTUM* conciliare  
 nititur cum textu D. Pauli ad Rom. 3.  
 v. 28. *arbitramur justificari hominem per*  
*fidem sine operibus legis:* si autem Willius  
 ad Lutheri Magistri sui exemplum ne-  
 quiter non addidisset particulam: *tantum,*  
 facile perspicere potuisset, hos textus  
*Hist. Eccles. Tom. LX.*      Qq      ne-

Sæc. XVII. nequidem apparenter sibi repugnare,  
A. C. 1641. sed D. Paulum loqui de operibus legis  
 Mosaicæ, requirere autem ad justificationem, legem fidei Christianæ, seu  
 operibus vivæ & perfectæ, uti habetur  
 cap. 12. ad Rom. & præscribitur Jacob.  
 cap. 2. Joannis epist. tota & in Acto  
 Apost. cap. 10. & v. 4. VI. Joannes  
 Corbet acuit calamum suum contra re-  
 belles, qui aduersus Carolum I. An-  
 gliæ Regem conventioni seu foederi sub-  
 scripsérunt: propterea tamen in Hiber-  
 niam profugere coactus, ibidem capite  
 plexus est. VII. Jacobus Herrenschmid  
 edidit osculogiam Theologicam, Amo-  
 rem crucifixum, Dissertationem de  
 Bacchanalibus, Postillam Neo-Sym-  
 bolicam, Jubilæum I. Augustanæ Con-  
 fessionis, Passionis Dominicæ Viola-  
 rium, & de absurditatibus in Reliquia-  
 rum cultu. VIII. Elias Schedius edi-  
 dit librum de Diis Germanis seu vete-  
 rum Germanorum, Gallorum, Britan-  
 orum, & Vandalorum Religione.

§. XXIV.  
*Cæsarei in Westphalia ab Hassis, Su-  
 cisque profligati.*

*Adlcr. An-* Insequens annus, qui erat hujus sæ-  
 nat. Boie. culi quadragesimus secundus, ple-  
 part. 3. l. 27. rumque Catholicis, Cæfareisque intau-  
 Brachel. hist. fuis  
 temp. 1. 6.